

2888 basis SMETVS. Praeneste; 'in domo episcopi' addunt SMET. PIGH.

D · FORTVNAE · PRIMIGENIAE  
C · VALERIO · C · FIL · MEN  
DOLVTIO · MARCIANO  
VI · VIR · AVG · DEC  
5 OMNIBVS  
HONORIBVS  
CVRIIS · MVNERIBVS  
FVNCTO  
VALERIA  
10 SATVRNINA · PATRI  
L · D · D · D

*area sacra*

Smetius ms. Neap. p. 103, apud Waelscappium f. 57, ed. 30, 13 (inde Grut. 75, 12); Budaeus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 352 et apud Pingonium f. 83; Pighius cod. musei f. 29; Ligorius Neap. lib. 35 p. 210 iterumque p. 212; Manutius Vat. 5246 fasc. 3 p. 38; Borghini ms. p. 149. A Gruterio pendent Suaresius Praen. p. 43; Adami *storia di Volseno* 1 (1737) p. 86; Vulpi 9, 122; Cecconi p. 181; Petrini p. 300 n. 46.

1 in margine scriptum exhibent Smetius et Ligor. p. 212; in fine inscriptionis collocat Budaeus. — 2 FIL] F Smet. — 3 litteram extantem in DOLVTIO notant Smetius et Pighius. — MARTIANO Borgh. — 2. 3 C · VALERIO · MARCIANO ♀ Ligor. (p. 212). — 4 VT Ligor. (p. 212) Manut. — 5. 6 continuant Ligor. (p. 212), item Manutius corrigens. — 7 pro CVRIIS scribendum est CVRIIS.

Idem C. Valerius Dolutius Marcianus nominatur infra in inscriptione n. 2919, unde discimus vixisse eum a. p. C. 227.

2889 marmorea basis, ut videtur, formae oblongae. Praeneste, inserta parieti ecclesiae cathedralis SVAR., stà nella parte esteriore della cattedrale dietro la cappella di S. Lorenzo CECC., ibique adhuc. — Praeneste apud Fantonios FABR. errore.

GENIO  
MVNICIPAL  
C · TALONIUS  
CYPAERVS  
5 PATER · ET  
C · TALONIUS  
CYPAERVS · FILIVS  
D · D

*autem cippi*

Descripsit de Rossi, contuli ipse. Suaresius Praen. p. 71; Ez. Spanhemius, qui vidit et descripsit, Orbis Romanus I cap. 45 p. 103 (ed. 2 Lond. 1703); Fabretti 77, 85 (inde Vulpi 9 p. 170); Anonymus inter schedas Gorii cod. Maruc. A 260 f. 23; Cecconi p. 60; Petrini p. 310 n. 53; Marini ms. Vat. 9127 f. 271.

2890 basis rudis MAR., basis marmorea alta palm. 3 CECC. Praeneste rep. nella vigna del cavalier Petruccini CECC., in vinea equitis Petruccini GIORG., esiste nella villetta Petruccini appiè del viale della Fontana PETR., in villa Principis olim Petruccinia MAR. Nunc non extat.

*in area sacra*

C · TAMPIVS · C · F · SE  
TARENTEINVS PR  
HERCVLE · D · D · L · M

Giorgi sched. Casanat.; Cecconi p. 59; Marini ms. Vat. 9127 f. 283; Petrini p. 309 n. 49, omnes de visu ut videtur. Corp. I n. 1134.

A dextra fractam exhibit solus Giorg. — 1 s · f (pro c · f) Cecc. — SE Giorg., SE Cecc. Mar. hic addens 'sic', SER Petr.; vix significatur tribus Romanorum Sergia. — 2 fin. 1/ Giorg., PR reliqui. — 3 HERCVLE Giorg.

1 In latere intuentibus dextro fuisse litteram N auctores sunt Cecconi et Marini.

Tampii complures sunt in sepulcralibus antiquissimis infra editis.

2891—2893 cippi tofacei (*in tufo grigiastro*) formae conicae (*piramide tronca*) tres, integri duo, tertius mutilus; illos certe sustinuisse signa demonstrat superficies. Reperti sunt exeunte anno 1882 sub Praeneste Romam versus inter viam Praenestinam et Labicanae diverticulum, nella vigna Soleti, posta fra il m. 250 ed il 375 incirca dal crocevia di S. Rocco.


*flumen*

2891 Q · K · CESTIO · Q · F  
HERCOLE · DONV  
d E D E R O

*leccio*

2892 L · GEMENIO · L · F · PEL  
HERCOLE · DONO T  
DAT · LVBS · MERTO  
PRO · SED · SVEQ  
5 EDE · LEIGIBVS  
ARA · SALVTVS

2893



5

Stevenson, postquam verba fecit de his inscriptionibus coram instituto archaeologico usus ectypis chartaceis, edidit *bull. dell' Inst.* 1883 p. 14. 20 (cum not. 1). 22 cum imaginibus photographicis factis ad ectypa gypsacea. Praeterea edidit Vinc. Cicerchia apud Fiorellum *notizie degli scavi* 1883 p. 48. Tractavit Iordan observation. Roman. subsiciv. (ind. lect. Regiom. 1883/4) p. 10 seq.

Ex 2891 praeter primam litteram v. 3 nihil periit. — 1 Cestio pluraliter adhibitum quomodo explicandum sit, vide Stevensonum et Iordanum.

2892 et ipsa lectionis certae est (nisi quod primae litterae ex v. 1 et 3 non adparent in imagine), excepto fine v. 1; dedi hunc ita ut constituit Stevenson p. 14, qui dicit post l adesse lineolam obliquam, qua litterae subtus exaratae ad v. 1 revocarentur, infra cerni T, deinde litteram quae aut E fuerit aut D, certe habuit hastam rectam (nescio quomodo o in photographo exemplo videre sibi visus sit Iordan). Latet in his litteris vel cognomen Geminii vel indicatio aliqua quae respondet tribui Romanae. — 2 seq. dono dat lub(e)s mer(e)to pro sed sue(s)q(ue); e(s)dem leigibus ara Salutis (ita interpunxit Iordan p. 12). Praeneste fuisse hanc aram Salutis recte monuit Iordan.

2893 et hanc dedicatam fuisse Herculi non certum sed probabile est.

Tam Cestii quam Geminii complures innotuerunt ex sepulcris antiquissimis Praenestinis.